

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd Imperator Valens multos, qui TH primum nominis sui elemntum  
habuerunt, iugulauit, propter necromantiam quandam quam fama ad  
aures eius transmiserat. Cap. XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

*Quod Imperator Valens multos, qui TH primum non  
minis sui elementum habuerunt, ingulauit, pro-  
pter necromantiam quandam quam fama ad au-  
res eius transmiserat.*

## C A P. X V.

**S**V B idem tempus pessimus quidam dæmon Imperato-  
ris crudelitate ad suam abutebatur libidinē. Nam quo-  
rundam hominum curiosorum animos induxit, ut per  
*VENOΛΑΥΤΕΙΑΝ* id est diuinationem, quæ fit per mortuo-  
rum umbras excitatas, perscrutarentur, quis post Valentem  
Imperii gubernacula obtineret. Quibus quidem magicas  
præstigias exercentibus dæmon, uti solet, non perspicuum,  
sed obscurum responsum dat: nimirum literas quatuor esse,  
Th. E. O. D. ex quibus eius nomen, qui esset post Valen-  
tem regnaturus, inciperet: nomenq; ei compositum fore.  
Cuius rei fama ad aures permanat Imperatoris. Ille igitur,  
neq; rerum futurorum scientiam, neque potestatem res pro  
arbitrari gerendi Deo cuius nutu omnia præclarè admini-  
strantur, permittere voluit, Sed religionis Christianæ præ-  
ceptis (quorum studio magnopere flagrare præ se tulit) pe-  
nitus derelictis complures, quos imperio suspicabatur po-  
tituros, trucidat. Itaque omnes, qui erant vel Theodori, vel  
Theodoti, vel Theodosij, vel Theoduli nomine, vel aliis  
confimilibus nominibus appellati, interficit. In quotū nu-  
mero fuit Theodosiolus, vir nobilis ex genere patricio:  
qui ab Hispania ad Valentē adductus, morte multatus est.  
Multi igitur præ metu ipsorum animis iniecto, sua commu-  
tarunt nomina, eaque quæ parentes illis in lucem editis im-  
posuerant, tanquam plena periculi denegarunt. Sed de his  
satis multa dixisse videor.

*De morte Athanassi & Petro eius successore, &  
quod post mortem Athanassi, Ariani mandato  
Imperatoris Lucium Ecclesiæ Alexandrinæ,  
coniecto in carcerem Petro, præfecerunt.*

## C A P. X VI.

Hoc